



DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA
De
**SALUBRITATE FLUXUS
HÆMORRHOIDALIS.**

§. I.



Accidit sæpius naturæ ,
quæ optima tutrix vitæ & curatrix
morborum est, beneficio, ut medi-
ante excretione præter naturam,
sanitatem ac vitam tueatur atque
conservet, & sic salutare morbo-
rum remedium frequentius exi-
stat talis excretio , quæ sub natu-
rali lege minimè continetur. Testantur id spontaneæ
hæmorrhagiæ, quæ quantum fructum atq; emolumen-
tum saluberrimo afferant eventu, notissima in foro me-
dico res est, quandoquidem natura vitalem purpuram
exundantia sua occultam perniciem corpori intentan-
tem per vias consvetas veletiam inconsvetas expellens,
varios eosq; gravissimos amolitur & præcavet morbos,
sicque sæpius in seram usq; ætatem extendit sanitatem.
Sicuti enim sanguis tanquam optimum vitæ sanitatis-
que pignus merito semper servandum, ita si exsuperat

A 2

nec